



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Aimone cantuarien[is]. Cap[itulum]. cxviiij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

longobardorum de predatione fugientibus: cum  
 tra que habebat largitus est. Quos vestimen-  
 ta sua et fratrum et cellarum: et quicquid in hor-  
 to haberi potuit in elemosinis consumpsisset:  
 longobardi subito advenierunt: et cum tenuerunt:  
 ac aurum petere inceperunt. Quibus cum  
 nil oino se habere diceret: in monte vicino ab  
 eis ductus est: in quo silua imense magnitudi-  
 nis erat. Ibiq; captivus quidam fugiens in ca-  
 via arboris latitabat: ubi vnus ex illis educto  
 gladio furanum occidit. Vnus corpus dum in  
 terram caderet: mons: ois protinus et silua con-  
 cussa est: ac si ferre non posse pondus sanctita-  
 tis eius diceret terra que tremisset.

De sancto Iusto diacono et mar. Cap. crviij.



**Iustus**

diaconus et  
 martyr in mar-  
 tium provin-  
 cia passus est.

De quo predicto li. ca. xxiij. scribitur: quod vir venerabilis et vite sanctissime fuit. Quae

inuentum longobardi tenuerunt: quorum vnus gla-  
 dio caput eius amputavit. Sed dum corpus  
 eius in terram caderet: ipse qui hunc occiderat  
 immundo spiritu arreptus: ad pedes marty-  
 ris corruit: et quod amici dei interfecerit inimi-  
 co dei traditus ostendit.

De sancto theophanio pfeffore. Cap. crv.



**Theophanius**

con-  
 fessor. Quae bea-  
 tus gregorius de  
 nimia sanctitate

comendat centucellenfis, v-  
 bis comes fuit: misericordie  
 actibus deditus: bonis operi-  
 bus intentus: hospitalitati p-  
 cipue studens. Exercendi au-

tem comitatus curis occupatus agebat terre-  
 na et temporalia: sed vt in fine claruit: magis ex de-  
 bito quam ex intentione. Nam cum appropiqua-  
 te mortis eius tempore grauissima aeris tem-  
 pestas obsisteret: ne ad sepeliendum duci po-  
 tuisset: eumq; vxor sua ex hoc grauiter defle-  
 ret: hortatus est illam ne ploraret: quia mox vt  
 defunctus esset: serenitas rediret. Cuius pe-  
 tinus vocem mors: et mortem serenitas est  
 secuta. Quod signum alia etiam sunt signa  
 comitata. Nam manus eius et pedes qui po-  
 dagre humore tumentes versi in vulneri-  
 bus fuerant: et profluente saue patebant: dum  
 corpus eius lauari debuisset sani inuenti sunt:  
 ac si nunquam vulneris aliquid habuissent. Sed dum  
 die quarto post eius sepulturam: iubente vxore  
 marmor eidem suppositum mutare vellent:  
 tanta ex corpore eius fragrantia emanauit:

ac si ex putrescente carne pro vermibus aro-  
 mata feruissent. Nec gregorius. iij. dialo-  
 go. cap. xxviii.

De sancto Antonio monacho. Cap. crvi.



**Antoni-**

us monachus  
 claruit rome  
 in monasterio  
 beati grego-

rii pape. De quo idem doctor  
 libro quo supra capitulo. xli-  
 ix. dicit: quod dum esset vita san-  
 ctissimum quotidianis lachry-

mis ad gaudia patrie cele-  
 stis anhelabat. Quosq; studiosissime et cum  
 magno feruore sacra eloquia meditare: non  
 in eis verba scientie: sed fletum copunctionis  
 inquirebat. Hinc per nocturnam visionem di-  
 ctum est. Paratus esto: et quia dominus ius-  
 sit migrare. Cum autem ille non haberet sum-  
 ptus ad migrandum diceret. Responsum p-  
 trinus audiuit: dicens. Si de peccatis tuis agi-  
 tur: dimissa sunt. Quod dum semel audisset et  
 magno adhuc metu trepidaret: nocte quoq;  
 alia in eisdem verbis est admonitus. Et post  
 dies quinq; febre correptus fratribus cum-  
 ctis fletibus et orationibus quieuit in pace. Ad cuius  
 sepulchrum miracula plurima ostensa sunt.

De sancto Merolo monacho. Cap. crvii.



**Merolus mona-**

chus eiusdem cenobii fuit: et  
 eodem tempore claruit de quo  
 vbi supra gregorius scribit: quod

dum esset vehementer lachry-  
 mis et elemosinis intentus: psalmodia ex ore  
 suo pene nullo tempore cessare consueuerat.  
 Hinc nocturna visione apparuit: quia ex al-  
 bis floribus corona de celo in caput illius de-  
 scendebat. Qui molestia mox corporis occu-  
 patus: cum magna animi securitate et hilari-  
 tate spiritum emisit. Ad cuius sepulchrum  
 dum post annos. xiiij. petrus quidam abbas  
 sibi sepulturam facere vellet: tanta de sepul-  
 chro meroli fragrantia suauitatis emanauit:  
 ac sic illic florum omnium fuissent odorame-  
 ta congregata. Ex qua re manifeste patuit: quod  
 verum fuerit: quod per nocturnam visionem  
 vidit. Nec gregorius vbi supra.

De sancto Aimone cantuariensi. Cap. crviii.



**Aimone canturi-**

ensis archidiaconus fuit. Qui vi-  
 te abstinentia et doctrine sa-  
 pientia plurimum claruit. Hic  
 sermones elegantes de christi na-

tivitate: et de pluribus sanctorum festiuitatibus edi-

## De sanctis quorum cer. dies cele. igno. Fo. cccxij.

dit. Summam copiosam de vitiis et virtutibus scripsit: et alia plurima vtilia opuscula compilauit. De hoc legitur quod dum nocte quadam legeret: et vigilaret ad studium in crastinum de incarnatione dominica disputaturus: apparuit ei diabolus. Et cum leuaret manum dexteram: ut signaret: tenuit eam diabolus. Et cum vellet se signare sinistra: tenuit eam similiter. Et cum diceret: ego signo me in corde in nomine patris et filii: et spiritus sancti: diabolus dimisit eum. Et cum quereretur ad quod venerat: respondit diabolus: quod ad impedendum eum: ne haberet quid eleganter diceret: de eo quod maxime timebat: quod totam virtutem et potentiam demonum attriuerat: et confuderat: scilicet incarnationis dei: per ea que deus gessit in carne. hic post laudabilia virtutum insignia quietus in pace. Et sepultus ceteris miraculis copiosus et clarus effulget.

De sancto petro tarantasiensi episcopo. Cap. cxi.

### **P**etrus tarantasiensis

archiepiscopus apud eandem urbem claruit circa annum domini M. cxi. tempore eugenii papae tertii. Qui sanctitate vite conspicuus: multis et mirabilibus signis radiauit. Cuius virtutum fama dum ad ciuitatem lansemiam peruenisset. Tres viri ibidem in carcere clausi. ante ostium carceris custodibus ludentibus: cum ipsius nomen inuocassent: sanctus vir continuo longe positus affuit: et illos solutos eduxit: ac ut se sequerentur admonuit. Qui ab eis solis visus: nullis alijs apparuit. Et cum nulla alia esset opportunitas diuertendi: sequentes illum de super tabulas super quibus custodes iudebant: inter illos medios pertransibant. Sicque ab ipsis inuisi custodibus recesserunt. Nec autem ab eis episcopus disparuit: donec ad locum illos securum perduxit: qui iuxta votum emissum non prius cibum gustauerunt: donec ad sui presentiam liberatoris accederet. Quicquid ex deuotione ab henrico rege anglorum accersitus: in via miraculum nouum ostendit. Erat enim filia cuiusdam petri de fraxinetis: que nequitia inuide socrus a malefica fascinata languorem desperatum incurrerat: ita ut nec viri presentia sustinere posset. Hec a patre ut sathanas sathanam euceret: altari malefice tradita fuerat liberanda. Que suis quibusdam premissis prestigijs: morsuras duas in brachio ei firmiter. Ad illo extunc languore primo conualuit: sed alium grauiorem incurrit. Nam ex illo die ex morsura superiori cum nimio puelle cruciatu: sicut ipsa testabatur: ex corde acus prodeuntes visibilibus exibat. Pluresque triginta acus per temporum intervalla inde sunt egressae. hec a patre beatoviro exhibita: et ab eodem in ipsa morsura

contacta egressis inde pluribus acibus ipso presente: extunc ab eadem fuit passione liberata. Sed recedente sancto episcopo ex morsura inferiori: utpote quam sanctus minime contigerat: cepit similibus modis sicut quercine prodire: ita quod per diuersos dies quatuordecim. et iuerunt. Sed beatus petrus in suo regressu puellam omnibus peccatis suis plene confessam et communicatam eadem morsura inferiori tetigit: eaque oino sanata dimisit. Qui postquam ecclesie sue doctrina et exemplis insigniter presuit: in pace quiescit. Ibidemque sepultus in miraculis stupendis viuuit. hec frater vincencius in speculo.

De sancto rhectitio episcopo. Cap. cxii.



**R**hectitius eduorum. i. augustudunensis episcopus tempore constantini imperatoris celeberrime fame habitus est. Hic sermo nobis clarus et vita laudabilis opuscula quedam fidei puritatis digessit. Nam in gallia legitur eius commentarii in carceris canticorum. Erat et aliud grande eius volumen aduersus nouatianum. Et hic in pace quiescens augustuduni cumulat doctorum. hec hieronymus de viris illustribus libro.

De sancto iuuenico presbytero. Cap. cxiii.



**I**uuenicus presbyter apud hispaniam claruit. hic sanctus pollens operibus quatuor euangelia exaetris versibus pene ad verbum transferens quatuor libros composuit. Et nonnulla eodem metro ad sacramentorum ordinem pertinentia perfecit. floruit autem sub constantino imperatore. Et apud hispanias confessoris nomine celebris habetur. hec ubi supra.

De sancto apollinare episcopo. Cap. cxiiii.



**A**pollinaris laodiceensis syrie episcopus patre probo: progenitus: grammaticis in adolescentia operas dedit: et postea sacris scripturis insudans: innumera quasi scribens volumina sanctitate non infimus: ut doctrine ipsius vita discors non fuerit: sub theodosio imperatore diez obiit.

De sancto apollinare episcopo. Cap. cxiiii.